



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibvs Illvstratvs

Bessel, Friedrich  
Reinhard, Johann Friedrich

Helmeftadii, 1667

Capvt XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10996**

Et sic Radulfus Glaber *lib. I. Hist. cap. 4.* Alius quoque Saracenorum eorundem cultro deplanans ligni hastulam, posuit incunctanter pedem super Viri Dei codicem. Erit itaque hastula tenuis quædam ligni festuca: nam & primitivum ejus lignum aliquod accuminatum initio significasse videtur.

*Exanimatus sine adminiculo levaretur.*) Idem doctissimus Adversarius scriptor loco laudato excidisse voculam bellè suspicatur, & scripsisse Eginhartum: sine sui adminiculo. Tam enim atrox erat, inquit, casus ut consternatus animi & corpore velut veterno tacto, non valeret sibi ipsi Imperator adesse. Quamquam & vulgatum extra additamentum illud eundem sensum exprimere videatur. Est enim adminiculu n propriè pedamentum, quo aliquid sustinemus & quasi minamus, hoc est, ducimus.

*Supra domum Pontificis]* Hildebaldi arbitror Episcopi, quem familiarissimum Caroli Pontificem Theganus *cap. VII.* scribit. Nihil familiarius est Ecclesiasticis scriptoribus quàm Episcopos Pontifices appellare. Poëta Anonymus de *Vitâ Caroli lib. III. v. 199.*

— — *Synodum celebrare vocatos*

*Vndiq; Pontifices jam dictam fecit ad aulam.*

Widekindus Monachus Hildebertum Archiepiscopum summum Pontificem appellat *lib. II. annal. init. pag. 15. edit. Meibom.* Extat & Curie Epitaphium Valentiniano Episcopo à Nepote positum, quod producit Bartholomæus Schobingerus *addit. ad Farraginem Vadiani p. 93.*

*Hoc jacet in tomolo, quem flevit Rhetica Tellus,*

*Maxima summorum Gloria Pontificum.*

### CAPVT XXXIIII.

**T**estamenta instituit, quibus filias, & ex concubinis liberos ex aliquâ parte sibi hæredes faceret: sed tardè inchoata perfici non poterant. † Divisionem tamen thesaurorum, pecuniæ, ac vestium, aliæque suppellectilis, coram amicis & ministris suis, annis tribus antequam decederet, fecit, contestatus eos, ut post obitum suum à se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret: quicquid ex iis quæ dividerat fieri vellet, breviario comprehendit, cujus ratio ac textus talis est: † *IN NOMINE DOMINI* 3.

\* Sic MS. *DEI Omnipotentis, Patris, Filii, & Spiritus sancti.* \* † *Descriptio atque* 4.  
R. *Incipit divisio, quæ facta est à gloriosissimo atque piissimo Domino, CAROLO Imperatore*  
def. *Augusto, anno ab incarnatione D. N. JESU CHRISTI, DCCCXI. anni*  
verd

- verò regni ejus in Franciâ XLIII. & in Italiâ XXXVI. Imperii autem XI. Indictione IV. quam piâ \* consideratione facere decrevit, & Domino annuente perfecit, de thesauris suis atq; pecuniâ, quæ in illa die in camerâ ejus inventa est. \*MS. addit & prudentia
5. † In quâ illud præcipue præcavere voluit, ut non solum elemosynarum largitio, quæ solemniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de suâ pecuniâ ordine atque ratione persiceretur, sed etiam ut hæredes sui omni ambiguitate remotâ, quid ad se pertinere deberet liquido cognoscerent, & sine lite \*MS. Intep- esse. F. in cor
6. atque contentione sua \* inter se competenti partitione dividere possent. † Hæc igitur intentione atque proposito omnem substantiam atq; suppellectilem, \* que sese. \* Sic clare MSS. & longe vulgatis melius.
7. in auro & argento, gemmisq; & ornatu regio, in illo, ut dictum est, die, in camerâ ejus inveniri poterat, primo quidem trinâ divisione partitus est: deinde easdem partes subdividendo, de duabus partibus XXI. partes fecit, & tertiam integram
7. reservavit. † Et duarum quidem partium in XXI. partes facta divisio tali ratione consistit, ut quia in regno illius Metropolitanæ civitates XXI. esse noscuntur, unaqueque illarum partium ad unamquamque Metropolim per manus heredum & amicorum suorum elemosyna nomine perveniat, & Archiepiscopus, qui tunc illius Ecclesiæ rector extiterit, partem quæ ad suam ecclesiam data est suscipiens, cum suis suffraganeis partiatur, eò scilicet modò, ut pars tertia sua ecclesiæ sit,
8. duæ partes inter suffraganeos dividantur. † Harum divisionem, quæ ex duabus \*MS. Metropolitanorum: Sic etiam paulò post
9. primis partibus facta sunt, & juxta \* Metropolitanarum civitatum numerum XXI. esse noscuntur, unaqueque ab altera sequestrata, semotim in suo reposito- rio cum superscriptione civitatis ad quam perferenda erat, condita jacet. † No- \*MS. Facienda est. \*MS. Flor. Lugdunum, quæ & Salzburgum. MS. Reub. Lugdunum.
9. mina verò Metropolitanarum civitatum, ad quas eadem elemosyna vel largitio \* data est, hæc sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Julii, Gradus, Colonia, Moguntiacum, \* Vivianum, quæ & Saltzburgum, Rotomagus, Treveri, Senones, Vesuntium, Lugdunum, Remi, Arelatum, Vienna; Tarantasia, Ebro- \*MS. Flor. Lugdunum, quæ & Saltzburgum. MS. Reub. Lugdunum.
10. dunum, Burdigala, Turones, Bituriges. † Unius autem partis quam integram reservari voluit, talis est ratio, ut illi duabus in supradictas divisiones distributis, & sub sigillo reconditis, hæc tertia in usu quotidiano versaretur, velut res quam nulla voti obligatione à \* dominio possidentis alienatam esse constaret, & hæc tam diu quo ad usque vel ipse \* superstes esset, vel usum ejus sibi necessarium judicaret, post obitum verò suum, aut voluntariam secularium rerum \* abdicatorem, eadem pars quatuor subdivisionibus secaretur: & una quidem earum supra dictis XXI. partibus adderetur: altera à filiis ac filiabus, \* nepotibusque ac nepotibus suis assumpta, & juxta ac rationabili inter eos partitione divideretur: tertia verò consveto Christianitatis more, in usum pauperum erogaretur: quarta simili modo, nomine elemosynæ in fervorum & ancillarum usibus palatii samu- \*MS. filiorum que ac filiarum filiorum
11. lantium sustentationem distributa veniret. † Ad hanc tertiam totius summe portionem suorum.

tionem, que similiter ut cetera ex auro & argento constat, adjungi voluit omnia ex are & ferro, aliisque metallis, vasa atque utensilia, cum armis & vestibus, aliaque preciosa aut vili ad varios usus facta suppellectile, ut sunt cortina & stragula, \* tapetes, fulcra, coria, sagmata, & quicquid in camera atque vestiaria ejus eo die fuisset inventum, ut ex hoc majores illius partis divisiones fierent, & erogatio eleemosynæ ad plures pervenire posset. † Capellam, id est ecclesiasticam ministerium, tam id quod ipse fecit atque congregavit, quam quod \* ad eum ex paterna hereditate pervenit, ut integrum esset, neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. † Si qua autem inveniuntur aut vasa, aut libri, aut alia ornamenta, quæ liquido constaret eidem capellæ ab eo collata non fuisse, hæc qui habere vellet, dato iustæ æstimationis pretio emeret & haberet. † Similiter & de libris, quorum magnam in bibliotheca sua copiam congregavit, statuit: ut ab iis qui eos habere vellent, iusto pretio \* redimerentur, pretium in pauperes \* erogaretur. † Inter ceteros thesauros atque pecuniam, tres mensas argenteas, & auream unam præcipuæ magnitudinis & ponderis esse constat: de quibus statuit atque decrevit, ut una ex iis, quæ forma quadrangula, descriptionem Urbis Constantinopolitana continet, inter cetera donaria, quæ ad hoc deputata sunt, Romam ad basilicam Beati Petri Apostoli deferatur: & altera quæ forma rotunda, Romana urbis effigie \* insignita est, episcopo Ravennatis Ecclesiæ conferatur. † Tertiam, quæ ceteris & operis pulchritudine, & ponderis gravitate multum excellit, quæ ex tribus orbibus connexa, totius mundi descriptionem subtili ac minutâ figuratione complectitur: & auream illam, quæ quarta esse dicta est, in tertis illius, & inter heredes suos atque in eleemosynam dividendæ partis augmentum esse constituit.

## ANIMADVERSIONES AD CAP. XXXIII.

**T**estamenta instituit) In unversum quatuor testamenta à Carolo constituta, Goldastus opinabatur. Duo tamen extra dubium verè Carolina sunt: alterum quod refert Auctor, alterum quo de divisione regni in tres partes faciendâ egerat; quod ipsum ad Leonem Papam, ut suâ manu subscriberet, à Carolo per Eginhartum missum est, testibus Adelmo ad ann. 806. & Monacho Egoismenf. pag. 268. qui postremus testamentum illud nobis servavit in vitâ eius pag. 283.

Nomina verò Metropolitanarum Civitatum) Scriptus Codex Metropolitanarum corruptè legit, quo pro reponendum Metropolean. Nomina autem Civitatum Archiepiscopaliū ex Eginharto describit Marianus Scotus, lib.